

rum in modum, cuius inter se convenire, hinc etiam im-  
mortalitas animi confirmatur, nam quod divinum est,  
quodque non ex potentia materiae, sed immediate à primo  
producit, id non potest esse immortale, hic quoque as-  
truitur, quod Aristoteles non ex materia sed ex nihilo, univer-  
sa produci à prima causa sensit, nam si animum huma-  
num ex nihilo producit, cur universa non producit ex  
nihilo? an quia difficilius est? at nihil est difficile illi qui  
actus est purus, an non idem est, quantum ad posse, muscas  
ex nihilo et caelum, producere? animum autem ex nihilo  
produci satis aperte dicitur, nam dicere nullomodo, nec  
actu nec in potentia materiae praesuisse, id nihil aliud  
est, quam praedicare, ex nihilo esse productum.

#### De providentia et fato.

**H**inc denique providentia primae causae appri-  
me comprehenditur, quod nobis ultimum, in hoc vo-  
luntate propositum est, nam si preparato pra-  
cedentibus animalibus, humano factu, statim à primo  
principio animus infunditur, non extra corpus, sed in-  
tra creatus atque productus, (hoc enim innasci secundum  
ipsum significat) quis est qui vere poterit asserere provi-  
dentiam, aut omnino negari ab Aristotele, aut usque glo-  
bum lunae solummodo concedi? Id enim à nonnullis plato-  
nicis, ad ipsum reicitur. Vbi hoc reppererunt, nescio. Quod  
potuerunt volueruntque fingere? scio. Temeritas certe  
audaces ad omnia homines facere solet, et quoniam pau-  
cissimi Aristotlem penitus intelligebant, pro vero pos-  
se mendacium recipi, crediderunt. Innasci intellegunt in  
humanis factibus, cum ne potentia quidem materia praesu-

rit aperte ab ipso dicitur, & prouidentia dei negat, qui hæc dicit, nature inquit, sic oia tribuit, ut diuine prouidentie nihil reseruasse uideatur. Ab natura & materie potentia, secundum ipsum, cuncta producit, quod ergo negatur in potentia materie praefuisse, id a natura gigni posse negatur, praeterea si quaecumque sunt, & secundum esse & secundum uiuere, a prima dependet causa, caelum quoque atque natura, ut ex primo de caelo, & metaphysicis colligitur, calumniatur, cum ad naturam, non ad primam causam, cuncta referri ab ipso praedicent. Ad huc generationem fecit deus continuam motu caeli. Prouidit igitur, imo prouidet, generationi generabilium oium per motum caeli, origini uero animorum, non per caelum, sed immediate, per se ipsum prouidet. Verum ut id quoque liquidius patrat, altius repetendum uidetur, quid prouidentia est, & quo mediata, quo immediata esse dignoscitur. Prouidentia iuniores ita dicere uidentur, ut una cum ea, fatum etiam comprehendant. Quare ut rectius intelligatur, utrumque seorsum diffiniemus, sic facilius totum quoque simul coniunctum, cognosci poterit. Prouidentia est rerum futurarum, in intellectu dei simplex, stabilis, eternaque ratio. Fatum est rerum simpliciter, stabiliterque a deo gerendarum, mobilis atque temporalis explicatio. Prouidentia enim cuncta pariter diuersa, & infinita complectitur, fatum singula digerit atque disponit in motum, formis, locis, atque temporibus distributa. Ita, hic temporalis ordo, in diuinae mentis unitus prospectu, prouidentia est. Idem uero ipse unitus prospectus, temporibus digestus, distributusque, ut possit herere mobilibus, fatum uocatur.

Quare quamuis, prouidentia & fatum diuersa sunt, se-  
ries tamen fatalis, ex prouidentie simplicitate depen-  
det atq; procedit. Et sicut artifex primū rei faciendæ  
formā, simpliciter prospicit, deinde p̄ temporales ordi-  
nes digerens simplicitatem, in uarias singulorum for-  
mas, deducit, ita deus prouidentia simpliciter stabiliz-  
terq; faciendā, prospiciens, fato eterne unita, t̄p̄aliter  
distribuens, administrat. Quo circa nihil fato subiacet,  
quod non cōplectitur prouidētia. Prouidētia uero mul-  
ta continentur, quæ ab oī fatorum serie libera sunt, nam  
ut partes orbū circa idem centrū se ipsos uoluentium,  
tanto minus mouentur quo centro appropinquant, sic  
quæ minus motui corporiq; inserviunt, liberiora cōpe-  
riuntur à fato, super greditur enī fatorum seriē, quod  
motu caret, & tēpori non subicitur. Quæ pp̄ sicut se  
habet rō ad intellectū, sicut t̄p̄s ad æternitatem, sicut  
qđ gignitur ad id quod est. Sicut deniq; cētrum, ad  
circulum, sic fatorum mobilis, multiplex, uaria diuer-  
saq; series, ad prouidentie stabilitatem simplicitatem,  
unitatemq; cōparatur. Ita ordo fatorum, cum ab im-  
mobili prouidentia, simpliciq; profiscatur, immutar-  
bilis necessario, rectus, atq; in uariabilis est, quam-  
uis ad opinionē hoīum relatus, peruersa, uideatur cō-  
fusio, nā cum ex facultate cognoscentium singula, con-  
prehendantur, nimium erramus, unumquodq; sua na-  
tura cognosci putantes. Nec animaduertimus, eandem  
rem aliter à u. su percipi, aliter tactu. Tactus enī nisi  
assit atq; palpitet, corporis rotunditatē, nō sentiet. At  
uisus cōtra nihil si tangit, remotior, si est rotundi corpo-

ris ambitum recte circumplectitur. Id in oibus similiter fit. Quatuor enim sunt quibus cognitio conceditur: Sensus, imaginatio, ratio, intellectus, et sensus quidem figuram, non absque corpore, idest corpulentiam ipsam sentit. Imaginatio figuram, a corpore separans fingit. Ratio, figura, etiam adempta, non formam ipsam, sed universale quod ex singulari figura, materiaque denudavit, altius videt. Intellectus autem, universale quoque ipsum supergrediens, simplicem formam, uno, ut sic dicam, ictu, formaliter intuetur, nec inferius cognitivum, in superioribus potest obiectum ferri, sed contra superius, adeo plusquam inferius valet, ut et quod summum est peragat et inferioris actum perfectius, idest suo, non inferioris modo possideat, nam imaginatio, licet in figuram, ex propria natura feratur, corpulentiam tamen ipsam etiam obit, et ratio materiam atque figuram non ignorat, sed contemnit ac abicit, Intellectus vero et rationis universum, et imaginationis figuram, et materiale sensibile, nec ratione utens, nec imaginatione, nec sensibus simplici prospectione cognoscit. At vero nec sensus figuram, inquam figura est, et huic adheret corpori, nec imaginatio universale, nec ratio simplicem nunquam comprehendere formam poterit. Quas ob res, cum singula cognoscentium facultate percipiatur, nos in sua natura comprehendendi opinantes, simplicem necessitatem subiectis factis rebus attribuimus, ea vero non simplex, sed condicionalis, ex presentia divina cognitionis esse intelligitur. Presentia enim dei, non ut presentia futuri, aut praeteriti, sed ut nunquam deficientis, et aeterni, atque immobilis materia, rectius appellabitur. Quare  
re ficti

re sicuti nonnulla necessaria simpliciter sunt, quia deus ipsa sic uidet, ut esse uelit, uel simpliciter, uel ex consequenti, ut deficere lunam, offuscari solem, regredi planetas, mori homines, punire nocentes, castigari poenitentes, sic multa conditionalem habet necessitatem, quia illi quodam presentia sunt, nobis uero futura, nec sunt futura, quia deus prouidit, sed quia futura sunt ideo prouidit, immo, quia sibi presentia sunt, ideo illa uidet, et quia nobis futura sunt, quae presentis dei aspectu necessitatem habet. Accirco simplicem habere, ipsa necessitatem putamus, quae conditionis est non naturae, qualia sunt omnia, quae contingencia nominantur, quaeque casus, aut fortuna solet uehere, Ex his patet, quod prouidentia est, ut iuniores appellat, fatum simul coniungentes, simplex, stabilis aeternaque in intellectu dei ratio, quae rebus accommodata per naturam, quaslibet sua, alias stabiliter regit, ac firmat, alias mobiliter atque temporaliter ordinans disponit, et explicat. Haec prouidentia dei, nec quae a libertate geruntur subfugiunt, libera enim necessario natura omnis rationis participans, creata est, nam nisi libera esset, frustra sibi ratio limata esset. Libertati etiam lex, siue dei preceptum, quasi materia, ubi seipsam libertas expiatur, datum est, nam nisi hoc faciendum ratio discernat, cur, aut quomodo poterit esse libera? Ita propter rationem nobis libertas inest, et ut libertate uti possimus, aliud conceditur, aliud prohibetur. Verum quicquid acturi sumus, deus utroque prouidentiae modo cognoscit, nam et stabiliter sicut omnia, id quoque praesentialiter uidet, nec naturam rei ex contingenti in necessitatem, quia cognoscit, simplicem impellit, sed in conditionalem uertit, quod omnibus contingentibus, etiam hominis cognitione

M

præsenti accidere solet. Necesse est eni sedere, quæ sedere uidemus, & serie factorum temporali disponit in melius, nam actus quædam creature rationalis bonos, & præueniendo incitat, & subsequendo firmat, & auget, quippe quæ habemus bona, habituriq; sumus, oia dono dei accipimus, mala uero soli nos agimus, & soli eorum authores sumus. Ex quibus tamen multa & magna clemētis prouidentia dei bona elicit. Immensa eni, ac infinita est bonitas eius, sicut, & potentia, & sapientia, hæc summa bonitas eius facit, & ad rem aliquando redeamus, ut quicquid creature ois recipere potest, benignissime largitur. Ideo factorum ordinem non per se immediatè, sed per creaturas plerumq; immo semper, dum suscipere queat, exequitur suas, nam alia per separatas formas, siue angelos, siue demones facit, alia per homines multa, per cælum, atq; naturam suis cuncta temporibus disponit, & peragit. Sicut enim summe sapiens omnia uidet, sicut omnipotens motus cælorum ita disponit, ut nec antea, nec postea quæ opus sit uim inferioribus imprimant suam. Quod exemplis, ut simul tantum creaturis, præ ineffabili bonitate eius tribui, patet, quantum ferre possunt, præ oculis ponere non grauabimur. Principia motuum planetarum, quas radices nominant, maxime prisciq; diluuii, quod sub Noe fuisse traditur temporibus, accomodata feruntur, ex quibus dignoscitur dispositione cæli aquarum uim ingentem, tum defluxisse, maior tamen fuit, sicut scripture auctoritas tradit, quæ ut natura rerum deuehi potuisset. Quare motus ipsos cælorum, sicut omnipotens immensaq; sapientie, sic à principio & sciuit & potuit disponere, ut eo tempore aquæ maximæ

de caelo in naturaliter descenderet, quando ad puniē-  
dos improbos, opus erat, & quoniā maiorē aquarum  
impetū p̄dita illa tēpora flagitabāt, q̄s cœli poterant  
naturaliter p̄parare. Sicut naturæ dominus, quod na-  
tura fieri nō potuit, ipse suppleuit. Ita q̄s partim media-  
te p̄ motus cœlorū, partim immediate illis tēporibus nō  
aliter prouidit, q̄s eternaliter statuit. In exitu quoq̄s po-  
puli ex ægipto, quoniā gloriā suam p̄ excitationē ma-  
ris manifestare uoluit, austro uēto, non nisi stellarū mo-  
tibus excitato, abduxit aquas longiusq̄; se mouit, sed nō  
poterāt hoīes per uada transire, quare ne lubricis lapsi  
uestigiis ab hostibus caperētur, q̄cquid humiditatis re-  
lictū in cauis fuerat locis, deus oīpotētia sua in murū  
à dextris & in murum à sinistris suæ gētis collectum  
erexit. Vtrūq̄; igitur, tam quod natura duce, tã quod  
sup̄naturaliter deus tunc bonitate, omnipotētia, sapien-  
tiāq̄; sua effecit, scripturæ testimonio ubiq̄; p̄dicatur,  
nec est gēs ulla, quæ non credit. Quid quod ipse natu-  
ræ dominus, homo factus, oīa quæ sine peccato (quod  
quā nihil est lōge abest ab eo q̄ est) natura facere potest,  
suscepit, quæ naturæ uires excedunt, ipse suppleuit id-  
ipsum. In p̄dicatiōe quoq̄; numinis sui p̄ orbē terrarum  
& factum fuisse legitans, & fieri uidemus. Homīnum  
enim ministerio, laboribus, cruciatibusq̄; catholicā ue-  
ritatē docuit, auxit, stabiluit, qui cum pusilli, pauper-  
res, indocti, sæculi dico litteris, oēs ferè fuissent, obrue-  
ti ab infirmitate fuissent, nisi miraculorū, quæ naturæ  
suum sup̄ant, magnitudine, multitudineq̄; uicissent. Vn-  
de Paulus. Non uexationū, picolorumq̄; pauore, sed de

M ii

fiderio manifestā de stabilitate deq; miro momento ueritatis  
ter dixit orasse, audisseq; satis sibi fuisse, qd̄ diuina gra-  
tia muniretur. Præsertim cū dei uirtus in infirmitate p-  
ficiatur. Id uero nihil aliud, sicut ego arbitror, signifi-  
cat, q̄ q̄ imbecillitate creaturarum, quantum ope, ipsi  
us agere possunt pro clemētia utitur sua, quantum non  
possunt, ipse uirtute p̄ficit sua. Quorsum hæc? ut p̄spi-  
cum facerimus, deum quantum fieri potest natura me-  
diante, omnibus providere, si nulla creaturarum rei agē-  
de magnitudinē p̄dusq; capere potest, immediate nul-  
lo extrinsecus, quasi organo quaesito, non in tēpore, sed  
in momento, modo uelit, omnia facere.

Quod sicut scripturæ, sic Aristoteles quoq; omnia  
diuinitus bona creaturis tribui censet,  
quæ suscipere possunt.

**H**EC omnia Aristoteles cum recte disseruisset,  
multa nature tribuit, immo cuncta p̄ eā ge-  
nerabilia & corruptibilia gigni ostendit, &  
hac ex re fortassis ansa detractores repta, nullam ista  
lunam esse providētiā dei opinatum fuisse crediderūt,  
non aduertunt enim primū, quod celos, & naturā à  
primo esse principio, non uaria oratione, sed ualidis ra-  
tionibus p̄bat, deinde quod uiuere uiuentū, inde simili-  
ter p̄ficisci cōtēdit. Nā quod natura id fieri duce, arbi-  
tratur, nihil ad rē, sic enim nec p̄uidētia dei negatur,  
& quod minus non est bonitas p̄dicatur, nēp̄ q̄ non  
intelligētiæ alicui, sed nature, sensu carenti, non alia  
(meo qd̄ iudicio) de causa tantā uī dedit, nisi ne stulti-  
tia hominum, honorē summū dei in ipsam cōferret. Ni



hil est enī furiosius, q̄s insensatum aliqd quasi deū cole-  
re. Mirum certe hīnc uideri potest, quod tam apte men-  
daciūm dixerint, negantes infra lunam esse ullum pro-  
uidētiæ locum, secundum Aristotē. Quid q, etiā ime-  
diate nihil conferēte natura innasci animorū hominū  
factibus, uerbis ipsius demonstrauimus, q̄ppe qui nō p̄-  
fuisse ipsum ante corpora, nec ex potētia materiæ proue-  
nire cōtendit, imo demonstrat, qd aliud dicit q̄s imedia-  
te à primo nihil cōferēte natura, innasci eos in huma-  
nis corporibz, Et recte sanē, nā cū nihil natura produ-  
cat, ex non ente simpliciter, illius est solius, hoc opus, q̄  
actus purus est, qui omnipotēs, qui nō in tempore, sed in  
momēto pagit uniuersa, qui modo uelit, oīa fiunt, quæ  
uelit, qui nullo ad hoc utitur organo, nulla natura, nul-  
la creatura, nō q̄a ipse uellet, huius quoq̄; rei p̄ticipes  
suas facere creaturas, sed q̄a nulla creatura res, q̄cquā po-  
test ad creādū cōducere, nā ut creare in cōse, ac infinite  
uirtutis est, sic oīs creatura, Et ipsa terminata, Et uiriū  
finitarū est, finitū autē infinito quicquā posse conferre,  
nemo nisi pugnātia cōcedere uelit, nutrire audebit. Cō-  
para hæc cū platoniorū præstigiis, q̄ nō à primo deo  
sed à secundo, nescio quo, aut etiā tertio productū, nec  
à nihilo, sed ex præexistēte informiq̄; materia mundū  
delirāt, Et aīos corporibus præfuisse, delabiq̄; in cor-  
pora garriūt, q̄q̄; oīa ex necessitate fieri aut uolunt, pro-  
uidētiæ nāq̄; uim, aut nullā esse, aut si qua ē, sicuti est,  
nihil esse cōtingēs, nihil in nobis, sed quicquid agimus  
necessario id fieri, quoniā prouidēs deus p̄sciuit, Et qd  
præscitūm est necessariū esse, hæc necessitatē à stellis de-

M iii

pēdere existimant. Hec punitiosa christianis esse q̄s nō  
uiderit? falsa igitur sicut alterū à superioribus eoargui-  
tur, de altero, quātum ad stellas p̄tinet, ī cōmētariis su-  
per Ptolomei cētiloquiū in aristotlica philosophia post  
ipsum Aristotlē doctissimi, ī omni autē genere doctrī-  
narū, lōge omniū primi, dictum nobis diffusius est.

Quod omnis hæretica peruersitas, & grecorum cala-  
mitas, à platonis orta est scriptis, ab aristoteli-  
cis, contra maxime latini adiuti sunt.

**H**æc sunt, quæ ueritati catholice magis conue-  
niūt q̄s aristotlica! hæc sunt quæ Platonē di-  
uinū faciūt hominē, & suos oēs demonios, si-  
cut ipsi appellant, sola diuinitatis illius confessiōe red-  
dunt? Hæc sunt quibus, p̄dita græcia Platonis scripta,  
quasi dei uoces honorat, ueneratur, colit? hæc sunt qui-  
bus nōnulli trāsitum in Italiā patrefacere conantur, ut  
nō aliter ipsam, q̄s patriā suam p̄ indignationē dei pos-  
sint euertere? Hæc certe sunt, & si alia sunt, his similia  
certe sunt. Quas ob res desinamus aliquādo præ animi  
ratione, in stuporē uerti, quod tantis calamitatibus Pla-  
tonis laudatores, imitatoresq; publice sint summersi, ut  
iā nulli esse uideātur. Quare nō iniuria torpor mihi sen-  
sum nō paruus eripit, cū reclamare nōnullos, præ itolle-  
rabili arrogantiā sentiā. Nec tot hæreticorū greges, tot  
infidelium armenta, ex platonice phylosophiæ exorta  
ineptiis, ipudica eorū ora cōfundi posse uideā, oīa pro-  
fecto impietatis potētia, ex stirpibus sectæ platoniorum  
pullularunt. Hinc Arriāi creationē oīum rerū ex nihi-  
lo ipudēter, in creaturā reiecerunt. Verbū dei & crea-

turam, & creatore p̄dicātes. Nam cum Plato falsitatis demonio, quod Socrati quoq; in multis ministravit, p̄doctus, non à primo deo, sed à creato quodā, atq; secūdo facta esse uniuersa nugaretur. Verbumq; patris creatum, hunc deum suum appellaret, hac ip̄ia eius sententia iuductus Arrius, quoniam filiū dei creatore oīum dici à scripturis audiebat, creaturā eē ipsum facile Platonis admirator, & ipse credidit, & ceteris p̄suadere conatus. Acerbo nimium uulnere, lōgisq; tēporibus, magna ex parte uexauit, cōquassauit, prostrauit ecclesiā, Hic Ennomunus postea idipsum in spiritum sanctum obiecto scelere fecit, hinc semina scismatis graecorum ab ecclesia romana, & uere catholica in Platoniciis agris occat, germīna erunt & inobsecrabiles creuerunt segetes. Vnde uniuersa oriētalī ecclesia uenenosis, ac uirulētis saturata cibus, funditus corruit, nā qui eloquētia Platonis, territi, attonitiq; fuerunt, cum ab eo fundamenta didicissent & à seipsis inducti credidissent, credendi uirtutē, à primo principio totam esse, secundo deo atq; creato traditā, nec posse p̄ter ipsam filio à patre dari cōtēdebāt, & multi ex reliquiis eorum Socratico, ac platonico spiritu ip̄ulsi, s̄nodum florētīnā floccipēdentes, adhuc cōtēnunt, adeo ut Machmueto seruire, q; cum ecclesia romana liberi uiuere malint. Hic, pro scelus, non ineffabilē solum in trinitate maicstatē, sibi cōuenientē laudant, colunt, adorāt, uerumetiā innumerabiles alias, quod p̄ter platonicos nemo uinolētus, somnoq; grauis somniauit, nemo uerbis euomit, nemo scriptis in posteros eruētavit, deitatis in infinitū à primo

M iiii

glorie, dignitate, potētia, essentia deficiētes, ac inter se  
diuersas a deo, ut alię summissiores natura, alię, p̄stan  
tiores esse cognoscantur. In eadē cum trinitate celsitu  
dine locāt, et eodē cultu græcorum prosequuta ecclesia  
est, deorū Platonis imitata multitudinē, nam sicut ille  
singulis deos naturis rerum p̄fecit; non aliter ii quoq̄;  
singula, quę deo attribuuntur, in diuersas cōflare dei  
tates nō dubitarunt. Idq̄; synodice tunc decreuerunt,  
aut potius uniuersę oriētali ecclesię inusserunt, quan  
do Turcorū seuitas i Europā ex Asia, dissidētibus græ  
cis, traiecit. Huius infidelitatis sectatores palamitas res  
liqui appellarunt, quoniā à quodam qui iter sanctos  
uiros postea fuit assumptus, cui Palamæ nomen erat,  
non exco gitata, sed amplificata, defensa q̄; fuit, qui uer  
ro decretis eorum restiterunt ac indignati ab eo, qui Pa  
lamā oppugnauit, et à Palama expugnatus fuit, nomi  
nati sunt. Ex eo tēpore nunquā, penē apud græcos do  
ctus uir cōstātinopoli uixit, pellebātur enī quasi hære  
tici, anathematiq̄; tradebātur oēs, qui cūcta deo attri  
buta, nō lōge alia natura, q̄; trinitatē esse cēserēt, tri  
nitatē enī inuisibilē solā aiūt, cętera quę in ea æterna  
liter sunt, quęq̄; deitates ab eo uocantur, cerni oculis  
posse. Talē fuisse lucē illā, quę imētē triū apostolorum  
oculis p̄specta refulsit, talē quoq̄; sæpius à studiosis so  
lere mōachis uideri, cū oratiōibus, et lōgo se ieiūio ma  
cerauerit. Talia quoq̄; uio, epulisq̄; repletorū scitillare  
oculis ip̄e cōtēderi. Quid facio? nō difficilius mihi eēt  
frōdes arborū, arenā littoris, aīaliū pilos, pisces maris,  
æclorū stellas, q̄; mala, quę xp̄iāis p̄ platōicorū doctri

nam, euenerūt, euēturaq; sint, nisi caueamus cōnume-  
rare. Cōtra uero si qs considerat, inueniet aristotelicā  
phýlophiā plurimum ueritati contulisse, cuius rei certū  
illud initium est, quod oēs christiani, qui maxime Ari-  
stotelē secuti sunt, summopere in theologia profecerūt.  
Non erit facile recensere, quot apud latinos, aristotelici  
phýlosophi optime de dogmatibus ecclesie, de fide ac  
religiōe christiana, et senserunt et scripserunt, quorū  
scripta sententiis sunt aristotelicis referta, cum et a. n. pe-  
nē quæ dicunt aristotelica disciplina, natura rerū p̄bā-  
tur. Quare theologiā ego ueram, et integrā, et natu-  
ræ cognitionē, uoluminibus eorū in unum cōponi, ag-  
gregari, simulq; doceri, non iniuria dixerī, nec deū enī  
aliter, in hac uita, nisi primum atq; p̄cipue reuelatiōe,  
deinde naturæ cognitione, possumus agnoscere. Reuela-  
tiōe, qd credēdum sit, p̄ gratiā saluatoris didicimus,  
Rerum naturalium cognitione, qd sit qd credimus modo  
quodā percipimus. Impossibile enī est, recte ac firmiter  
credere, nisi qd credis subintelligas. Id Aristotelis uo-  
lumina diuinitus, hoibus data, efficiunt. Quare nō est  
mirum, si græci Aristotele cōtēpto, penitusq; ignorato,  
sicut cognitionē rerum, abiecerunt, ita fidē et catholi-  
cam ignorarunt. Latini contra, tanto in ueritate cogno-  
scēda, et p̄stiterunt et præstant, q̄sto Aristoteli magis  
incubuerunt et naturæ secreta ipso duce rimati, longa  
laboriosaq; indagine qd quarebāt, cōsecuti sunt. Et pro-  
fecto si quis certior uelit, hac fieri de causa, potissimū,  
hac et nō alia (humāitus loquor) et græcos fuisse sum-  
ma hac eē ignorantia cōuolutos, et latinos cum rerum

scientiā, tum maxime theologica subtilitate firmatos, quā  
 alteri Aristoteli, alteri Platoni, & admirabatur, & ad-  
 mirantur. Fingat primum nunquā fuisse Aristoteli, de-  
 inde non pernitiosos Platonis codices, nequē inanē illā  
 garrulitatē, sed Aristoteli, non minoris, apud græcos, quā  
 apud persas, apud arabes, aut latinos fuisse & statim uir-  
 debis, nec hos in tantā humanarū diuinarumquē rerum  
 perspicentiā, in tantā uiuendi copiā, ordinandi modū,  
 dicendi facultatem euadere, nec illos in tantum igno-  
 rantie dedecus relabi potuisse, quod perfecto tantum est,  
 ut id aīam, non pro alia re ulla, sed solum pro sale hēre ui-  
 deatur. Quas ob res, nemini absquē turbatione animi cō-  
 sideranti dubiū eē arbitror, magnos utrosquē hos uiros,  
 de quorum collatiōe agitur, fuisse. In gentiaquē generi ho-  
 minū, doctrina & eruditione ipsorum collata fuisse, ab  
 altero calamitates, ruinas, ignorantia, multiplices atquē  
 uarias hēreses, ab altero scientiam atquē cognitionē rerū  
 & quæ ad hęc consequuntur, prudentiam in agēdo, for-  
 titudinē in perpetiēdo, iustitiam in distribuēdo, mode-  
 stiam in continēdo coercendoquē seipso, ne uoluptatum  
 lenociniis atquē deliciis redundet, ac diffluet, felicita-  
 tem deniquē humanā, & gratiæ, quæ per informatam ca-  
 ritate fidē, nobis diuinitus dono datur, tantā quāta homi-  
 nū, presidio fieri potest, confirmationē, atquē amplitudinē.

De origine lachrymarum & utilitate ipsarum.

**V**erum & si modus huius uoluminis hic statuer-  
 endus erat, non uerebimur tamē, ne in maio-  
 rē quā deceat ex crescat magnitudinē, si quā-  
 tum nobis Aristoteles adpœnitentiā quoquē ac lachrymas